

27

ORDINIS MEDICI
IN
ACADEMIA VITEMBERGENSI
P. T.
PRO-CANCELLARIUS
CHRISTIANVS
VATER

PHIL. ET MEDIC. D. EIVSDEMQVE P. P. NEC NO
PHYSIC. PROVINC. SAXON. SERENISS. PRINCIP.
ANHALT. CONSILIAR. AVLIC. ET ARCHIATER

LECTORI BENEVOLO
SALVTEM DICIT

EVNDEMQUE

AD

DISSERTATIONEM IN AVGVRALEM


D. 1. Octobr. Anno M DCC XXII

HABENDAM

EA QVA PAR EST OBSERVANTIA INVITAT

ORDINIS MEDICI
IN
ACADEMIA ALTEMBURGENSIS
PRO-CAGELLAIRIAS
CHRISTIANAE
AETER

PHIL ET MEDIC D FIASDEMOMAE P B NEC NO
PHYSIC PROFUNDIUS AZONIUS BRUNNENSIS PRINCIP,
ANHALT CONSULAR AVIC ET VROHATER
EASTORIUS GAGELLAIRIAS
SVLVIETEN DICIT
FISDEMOMAE
AD
DISSESTITIONEM INAGURALIEM
HABENDAM
EA QV: PAR EST OBSERVANTIA INITIAT



bseruationum practicarum uti
forensium, ita & medicarum,
tanta omnino est necessitas
& utilitas, ut theoria reliqua
omnis irrita sit & manca, nisi
iisdem illustretur & confir-
metur. Tota siquidem Me-
dicina nostra practica est, ejusdemque finis, ut
sanitatem hominum, quantum fieri potest, ad-
huc integrum conseruet, & labefactatam restau-
ret. Id autem melius & tutius impetrari non
potest, quam si a discentibus imprimis & junio-
ribus Practicis, qui usu & experientia rerum
adhuc destituuntur, aliorum in hac arte perito-
rum obseruationes, morborumque historias &
descriptions diligenter colligunt, examinant,
inter se conferunt, atque sic demum in suos
quoque usus applicant. Obseruatum id jam
tum ab antiquissimis esse, nouimus, ubi ritu ad-
modum laudabili, remedia, quorum ope homi-

nes a morbis grauioribus liberabantur, tabulis
inscripta, in Aesculapii templo publice & ad
notitiam omnium suspendebant, quo ipso etiam
ars nostra prima fundamenta & incrementa
optima cepit: Eo ipso tamen non probamus,
quin potius maxime detestamur, prauam hodie
consuetudinem eorum, qui artem hanc amplissi-
mam & difficillimam, neglectis & sepositis fun-
damentis physiologicis, anatomicis, chimicis
aliisque, statim a Praxi & cura aegrorum or-
diuntur, atque sic experimenta per mortes ho-
minum faciendo, eandem addiscere contem-
dunt. In aliis quidem artibus uulgaribus addi-
scendis, haec methodus sane optima est, qua
utuntur artifices in tyronibus suis erudiendis,
ubi, uix terminis technicis cognitis, statim ope-
ribus applicantur, ut eo ipso, dum agunt, di-
scant; Imo dum periculum faciunt & hallucin-
nantur, se corrigunt, & sic crebris licet erro-
ribus & periculis factis, tandem artifices euad-
unt. Ast uero, alia longe ratio est in
arte medica, cuius subiectum non solum con-
templationis sed & operationis homo est, Crea-
tura omnium nobilissima, ad imaginem diuinam
condita, & anima spirituali donata, cum quo in
medicando hallucinari & periclitari non licet;
Hominem enim qui occidit, siue studio id fiat,

siue

sive temerarie & per negligentiam , ille homi-
cidii culpa reus esto. Fieri autem non potest ,
quin homicidia committant , qui experiendo
solum discunt : Medicamenta etiamsi generosissi-
ma & per se innoxia , sunt illis instar gladii in
manibus furiosi , qui nescit , quid agat , aut agen-
dum sit. Melius sibi suisque aegris consulunt ,
qui suppositis prius & cognitis fundamentis ,
cum practicis rationalibus conuersando , aut
etiam iisdem inseruiendo , aegrotos , si fieri pot-
est , uisitando , eorum symptomata accurate no-
tando , nec non uires & effectus remediorum
applicatorum obseruando , scientiam suam con-
firmant , & perficiunt : Quicunque autem nudis
speculationibus inhaerent , nunquam ad artis per-
fectionem , perueniunt , uti alias in omnibus
usus artificem , ita quoque usus & applicatio
remediorum medicum efficit , concentratur in
hoc omnis Medici experientia , quae sola medici-
num commendat & nobilitat . Negari quidem
non potest , artem nostram innumeris & egregiis
hactenus inuentis physicis , anatomicis , mechanici-
cis & chymicis auctam fuisse , an uero omnia
quae traduntur in theoria , ad praxin utiliter
applicari possint , adhuc sub judice lis est : con-
trarium docet experientia , quando in tanta in-
uentorum copia , Praxin tamen & curationes

aegrorum parum incrementi sumere uidentur;
cujus ratio procul dubio nulla alia, quam quod
inuenta ista eorundemque fundamenta a nude
theoreticis & speculatoribus tam uarie tradun-
tur, nec cum ratione in usum trahuntur, & appli-
cantur; quisque enim hodie pro suo ingenio &
arbitrio medendi rationes sibi singit, parum solli-
citus, utrum tales cum experientia & usu consen-
tiant, uel minus, indeque nihil mirum, quod eu-
rae eorum tam male succedant. Usus, judice jam
Cicerone, omnium magistrorum preecepta su-
perat. Cordati medici officium est, ut medi-
cinas non nisi usu & experientia probatas cum
ratione adhibeat, & quoniam morbi non so-
lum innumeri dantur, sed iidem etiam, in di-
uersis tamen aegris, nunquam ex asse conueniunt,
quin potius ratione graduum, temperamento-
rum, aetatum, temporum, complicationum, ali-
mentorum, uitae generis, aliarumque circum-
stantiarum, miris modis inter se uariant, a ne-
mine eorum cura rite institui potest, nisi qui
tantas uariationes propria experientia aut,
uti antea monuimus, ex obseruationibus & hi-
storiis aliorum diligenter collectis, didicit. Id
quod si ullus alias Auditorum nostrorum, pree-
fens certe Candidatus, DN. CHRISTIANVS
FRIDE RIC VS HÆRE | qua est ingenii
boni-

bontate, magno hactenus studio & industria singulari obserua-
ui, indeque obseruationes multas non uulgares, collegit et in
specie praesentem de Colica spasmatica eiusdemque cura, à
loco speciminis Inauguralis proponere secum constituit. Cujus nata-
lis uitaeque rationes honestissimae merentur adhuc, ut hic quoque
in exemplum & imitationem aliquid, more conferto, de illis ad-
damus. Natus is est Torgauiae Anno M D C X C VIII Paren-
tibus nobilissimis, Patre nimirum D. DANIELE HAREN
Doctore Medico & Physico Provinciali celeberrimo atque me-
ritissimo, nec non matre omni uirtutum genere conspicua, DO-
ROTHEA MARGARETHA, e nobilissima SCHROEC-
KIANA stirpe oriunda. Optimis his Parentibus pro ea, qua
omnium iudicio eminebant illi prudentia & honestate, nihil magis
curae erat, quam ut Filius hic, quoque ad omnem pietatis &
honestatis normam formaretur, & educareretur; Vix igitur anno
ipsius nono elapsō, eundem Doctoribus publicis Lycaeī istius
tradebant, quorum fideli solidaque informatione ita perficieba-
tur, ut anno M D CC XIII. in scholam Electoralem Grimmen-
sem receptus, ob ingenii sui promptitudinem morumque suauita-
tem, omnibus magnam de se spem excitaret, fore, ut Patria et
Respublica eruditum & utilissimum in eo Virum aliquando ha-
bitura sit. Amabani proinde ipsum tanquam filium, & per in-
tegrum quinquennium in linguis & studiis humanioribus instrue-
bant Rector Dn. M. Ermelius, nec non Com-Rector Dn. M. Schu-
macherus Terius Dn. M. Aegonolffus & Cantor Dn. Samuel
Jacobi, Viri de schola ista meritisimi, ita, ut suasu & applausu
eorum anno M D CC XVIII. ad Academiam hanc se conferret.
Fasces imm temporis gerebat B. D. ADAMVS BRENDELIVS
Anat. & Botan. Profess. celeberrimus, a quo non solum in nu-
merum studiosorum, sed quoque bono omni, Auditorum dome-
sticorum & priuatissimorum statim recipiebatur; Cum enim
tanquam haeres paternarum uirtutum felicissimus, a pri-
mis statim annis amore studii Medici quasi flagraret, eo majo-

rem

rem melioremque occasionem, p^raet multis aliis, felices in hoc studio progressus faciendi, habebat. Unde non omisis, quibus antea jam in Grimmeni Lycaeо innutritus, studiis philosophicis, Doctori suo, s^ue doceret, s^ue Anatomicas botanicasque demonstrationes pararet, tanquam primus & praeceps comes adhaerebat, sub cuius etiam Praesidio tribus uicibus de Jucunditatibus Botanicis in Cathedra Medica suam industriam & peritiam demonstrauit. Defuncto uero hoc suo Doctore, nihil quicquam ab industria remittebat, sed Excellentiss. Dn. D. LOESCHERI Physic. P. P. ordin. & Medicin. Extraord. Lectiones & demonstrationes Physicas sedulo frequentabat, & per biennium haclenius, meae meique Filii D. ABRAHAMI VATERI Medic. P. P. & Anatom. & Botan. Substituti curae se totum commisit, sub meo praesidio etiam et Semioticis De Sudore Renali cum laude disputauit, talesque in singulis artis nostrae partibus progressus fecit, ut non immerito dignus habeatur, cui honores in Arte summi & Doctorales conserantur. Prohibit igitur in Publicum, & in confessu eruditorum de arguento & obseruatione practica insigni disputaturus, demonstrabit, quam dignus sit Laurea Doctorali, quam ambit; Cui actui solenni, ut RECTOR ACADEMIAE MAGNIFICVS, ILLVSTRIS LIBER BARO, CAETERIQUE PATRES ACADEMIAE CONSCRIPTI, nec non Ciues & Hospites interesse uelint, ea qua par est obseruantia & studio oro, rogoque. Domin. 17. post Trinit. Anno MD CC XXII.

VITEMBERGAE,
2VLTHERI
LITERIS VIDVAE GERDESIAE.


00 A 6436

ULB Halle
004 931 300

3



KD18



B.I.G.

